ăstrię

1158 Heinricus autem, dux Austrię, ad portam suam
facit insultum, a tercia hora diei usque ad noctem
fit prelium, ex utraque parte percutiuntur plurimi,
folgt autem getilgt P — ignes ante ipsam portam iaciuntur, quos Mediola-
nenses se viriliter defendentes extinguunt.[1] Tali chorea
~~o Korr. [illegible] P~~ o Korr. P — et ioco Mediolanenses undique cinguntur. Domnus
autem imperator singulis diebus cum exercitibus,
ne aliqui inde exirent, Mediolanum circuire non
fol. 83, p. XVI — cessat. Interea machine, per quas mu~~ros~~ eius
deicere intendebant, preparantur. Dum hec geruntur, Peregrinus,
Aquilegensis patriarcha, Ebrehardus, Babenbergensis episcopus,
Daniel, Pragensis episcopus, Mediolanenses de his, quę eis ad cf. Luc. 14,32
pacem sunt, conveniunt. Qui ex consilio suorum fidelium
( ) in consilio domni W(ladizlai) regis Boemie se ponunt
et, ut per eum ad gratiam imperatoris perveniant, exorant.[2]
Hanc eorum voluntatem rex imperatori insinuat. Imperator
his auditis principum suorum super hec communicat
Aug. 12 consilia. Ansalmus Ravennatensis ęcclesię archiepiscopus
interea moritur. Per omnes exercitus sonat, quod Deus ideo
eum percusser~~at~~it, quod Mediolanum obsidere imperatori
dederat consilium. Principes de victoria et de pace
gaudentes talem viam in gratiam eos recipiendi inveniunt

1) Ähnlich Rah. III, 39, S. 212 f. über Otto v. Wittelsbach. III, 40 berichtet Rah. auch von dem Angriff Heinrichs v. Österreich, aber ohne den Versuch einer Brandstiftung. Vgl. auch Ann. Med. mai. 32 f.

2) Nach Rah. III, 45 f, S. 219 f. spielte die Hauptrolle bei der Friedensvermittlung Guido v. Biandrate.